Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



in plenitudine sanctorum detentio mea
Quasi cedrus exaltata sum in libano
et qui cipressus in monte syon Qui
palma exaltata sum in cades et quasi
plantatio rose in iericho Qui oliva
speciosa in campis et qui platanus
exaltata sum iuxta aquam in plateis
sicut cinnamomum et balsamum aroma
tizans odorem dedi Qui mirra electa
dedi suavitatem odoris Propter veritatem
et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mira
biliter dextera tua Audi filia et vide et inclina
aurem tuam quia concupivit rex speciem tuam Alla
Hodie Maria virgo celos ascendit gaudete qui
cum xpo regnat in eternum Infra or. Alla
Assumpta est Maria in celum gaudent angeli qui
laudantes benedicunt dnm Alla Lucam
In illo tpe Intravit iesus in quoddam
castellum et mulier quedam martha
nomine excepit illum in domum suam
Et huic erat soror nomine maria quae etiam
sedens secus pedes dni audiebat verba
illius Martha autem satagebat circa
frequens ministerium Quae stetit et ait
domine non est tibi cure quod soror mea
reliquit me solam ministrare Dic